

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio theologica de baptismo infantum ex infidelibus  
parentibus procreatorum**

**Hafenreffer, Matthias  
Mauritii, Martin**

**Tubingae, 1602**

Vorwort

[urn:nbn:de:bsz:31-128806](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-128806)

# ILLVSTRISSIMO

CELSISSIMO QVE PRINCIPI,  
AC DOMINO, DOMINO GEORGIO

FRIDERICO, Marchioni Badensi, & Hochbergensi, Comiti Prouinciali in Sussenberg, Domino in Rötelen, & Badenweiler, &c.

Domino suo clementissimo

*Salutem & perennem felicitatem precatur.*



**S**AEPIVS, PRINCEPS  
ILLVSTRISSIME, cogitanti mihi de meo  
hinc abitu ad vos Sultzenbergenses, quò per  
DEI gratiam vocatus sum, inter alia cogitatio-  
num concepta, incidit mihi in memoriam,  
tritus & prouerbialis ille versiculus: OMNIA  
TVNC Bona sunt, CLAVSVA quando BONA. Cuius sen-  
tentia animum meum tandem cò compulit, vt præsentem  
hanc materiam defendendam eligerem, & vitam meam Aca-  
demicam sic finirem: partim, vt huic illustri Academiae, & in  
hac degentibus Professioribus, meis dilectissimis Præceptoribus  
pro maximis mihi exhibitis beneficijs, gratam aliquam, grati  
animi significationem relinquerem: partim etiam, vt publico  
huius *apoteosis* & enunciationis testimonio protestarer, me  
nullo vnquam tempore vel Papicolarum vel Iesuitarum, vel  
Caluinianorum, & aliorum Hæreticorum, quorum maxima ex  
parte corda seruituti Saranicae iam dudum emancipata esse  
cognouimus, in falsam aliquam Religionis opinionem, animo  
meo inclinasse, sed potius, quod palmarium semper duxi, Au-  
gustanae Confessionis, instar veræ Ecclesiae notæ Symbolum, à  
teneris, quod aiunt, vnguiculis verè amasse & exosculatum  
esse. Quod SYMBOLVM, PRINCEPS ILLVSTRISSIME,  
ex aliqua parte conscriptum & declaratum, Augustissimo &

A 2

Celsif-

celfissimo Celfitudinis T. Nomini, humili & fubmiffo iam offero animo, eidemq; thefes hafce confecro & infcribo. Idq; luplicem ob caulam, primò quòd fciam Celfitudinem Tuam orthodoxæ Religionis fincero ftudio & pio zelo, in multis præclarorum virorum conuentibus hafcenus fatis prædicato & adiunctam & tenaciter addictam efle. Cui in fuper incredibilis erga literatos amor & clementia accedit. Quæ fanè talia Spiritus fancti funt χαριςματα, vt in hoc feculo in tantis perfonis rariùs confpiciantur, & vt rara, ita quoque cara celtinentur,

Deinde factum eft hoc, vt primo officij mei limine & inreffu, pro vocatione, quâ Celfitudo tua me non ita pridem, per eiuſdem Cancellarium Iofephum Herthlerum, virum vt præcellenti eruditione, ita varijs virtutum ornamentis conſpicuum, auocauit, me gratum fiſterem, & debitæ gratitudinis teſtimonium Celfitudini T. remitterem, obnixè, & quiem ſubiectiſſimè, rogando, vt Celfitudo T. audaciæ meæ clementer ignoſcere, & hanc ουγγυμμοſιαν ſcholaflicam, ſolitâ clementiâ excipere, meq; vt alijs hafcenus literatis factum eſt, perpetuâ beneuolentiâ complecti velit. Pro qua gratia Dominus Ieſus Chriſtus ILLVSTRISSIMAM Celfitudinem T. diuina ſua virtute fulciet, & vnâ cum inclyta familia ſoſpitem diuq; florentem præſtabit, ad Nominis ſui gloriam, Eccleſiæ Reipublicæq; Chriſtianæ perpetuas vtilitates. Dabantur Tubing. die 7. Septemb. Anno Salutis humanæ 1602.

*Illuſt. T. Celfitudinem quàm ſubiectiſſimè & officioſiſſimè colens*

*M. Martinus Mauriij Belticenſis. Saxo.  
Scholæ Sultzburgenſis præordinatus  
iam Reſtor.*